

ANTONIO BERLESE

VIA ROMANA, 19 — Firenze

Centuria sexta di Acari nuovi

PARTE I.

PROSTIGMATA.

501. **Anystis sinensis** Berl. n. sp. — Cinnabarina (?). Foem. late pyriformis. Venter totus sat dense pilis mediocribus, aequedissitis vestitus. Dorsum, praecipue post oculos, pilis conformibus, sat densis, aequè vestitum. In dimidia parte antica dorsi sunt autem setae validissimae, supradictis pilis duplo vel triplo longiores et robustiores, magis quam in *A. baccarum* Europae. Oculi valde prominentes et majores. Capitulus longe productus. Pedes setis majoribus, aliquanto curtioribus, sed robustioribus quam in *A. baccarum* ornati. Palpus articulo penultimo trispino; articulo postremo aliquanto crassiori et curtiori quam in *A. baccarum*. Mas rotundatior; corpore aliquanto minori quam foeminae; pedibus multo robustioribus, ita ut species vere dimorpha appellari possit. Ad 950 μ . long.; 970 μ . lat. (foem.).

Habitat super herbas; prope Pechinum.

502. **Molpus (Molpus) littoralis** (F.), var. **seurati** n. var. — Differt a typico, palporum articulis vix curtioribus tibiaeque pilo interiori subbasali nullo. Statura typici.

Habitat, sat communis, ad littora Mauritaniae.

SUBGEN. **HOPLOMOLGUS** N. SUBGEN.

Ex gen. *Molpus*, sensu Trouessarti. Palporum genu longitudine tibiae par; tarsi pili apicales bini, caeteris valde longiores. Typus

Bdella longirostris Auct. (« Nudi »: typus: *Bdella longirostris* Auct.; « Scutati », typus: *M. (H.) tuberculatus* Berl. n. sp.).

503. **Molgus (Hoplomolgus) peragilis** Berl. n. sp. (inter « scutatos »). — Truncus elongate ovalis, pilis curtioribus indutus. Pedes et rostrum elongatiora et agilia quam in caeteris huius generis speciebus. Cephalothoracis dorsum, in medio, scuto trapezino, haud tuberculato, nec postice inciso auctum. Mandibulae longae et exiles, sursum leniter incurvae, e latere visae quintuplo, superne fere octuplo longiores quam latiores, dermate dorsi bene reticulato, pilis binis tantum aucto, ex quibus unus medius, alter in parte subantica mandibulae insitus. Palpi mira longitudine et exilitate conspicui, sive femure tredecuplo, tarso quattuordecuplo longioribus quam latioribus. Ad 2400 μ . long.

Habitat in Africa orientali (Alluand et Jeannell coll.).

504. **Molgus (Hoplomolgus) tuberculatus** Berl. n. sp. — (*Bdella capillata* Berl. A. M. Sc. it., ex Kramer) (inter « scutatos »). Derma dorsuale mandibularum reticulatum et multipilum. Cephalothorax, in dorso, scuto latiori totum dorsum occupanti, in medio longitudinaliter profunde inciso, tuberculisque quaternis valde elevatis aucto, protectum. Palporum tarsus fere decuplo longior quam latior. Ad 1400 μ . long.

Habitat in Italia, haud frequens (Firenze, Umbria, Messina).

505. **Molgus (Hoplomolgus) obsoletus** Berl. n. sp. (inter « scutatos »). — Cum *M. (H.) tuberculatus* sat conveniens, sed scuto cephalothoracico multo minori, quadrato, (postice bene excavato-inciso), tuberculis nullis ornato. Palporum tarsus septuplo longior quam latior. Ad 1800 (usque ad 2000, ex. norveg.) μ . long.

Habitat in Germania et in Norvegia.

506. **Molgus (Hoplomolgus) sublimis** Berl. n. sp. (inter « nudos »). — Derma dorsuale mandibularum reticulo densiori et pilis curtis subspiniiformibus multis (ultra 20) ornatum. Palpi longiores et exiliores; femure decuplo, tarso duodecuplo longioribus quam latioribus. Ad 1350 μ . long.

Habitat in sublimitate montium (ad 4000 m.), in monte Pennino.

507. **Molgus (Hoplomolgus) thorianus** Berl. n. sp. (inter « nudos »). — Derma dorsuale mandibulae laeve, pilis pluribus (ad 15), sat longis, mollibus ornatum. Palpi sat robusti; femure septuplo, tarso decuplo longioribus quam latioribus. Ad 1600 μ . long.

Habitat ad « Corfù ».

508. **Molgus (Hoplomolgus) opimus** Berl. n. sp. (inter « nudos »). — Sat grossus, pedibus gracilibus; pilis trunci percurtis. Mandibularum (quae sunt curtae et basi valde incrassatae, superne visae vix ultra triplo longiores quam latiores) derma dorsuale laeve et pilis binis tantum, in dorso, ornatum. Palporum tarsus medio-criter longus, tenuissime subclavatus, vix septuplo longior quam latior. Ad 1300 μ . long.

Habitat communis in « La Plata », alibique in America merid. (« Buenos Aires »), Montevideo.

509. **Molgus (Hoplomolgus) venustus** Berl. n. sp. (inter « nudos »). — Differt a *M. (H.) peragilis* (cuius, primo visu, praecipue propter truncum elongatum pedesque validiores, simile), scuto cephalithoracis nullo; mandibulae dermate dorsuali reticulo elongatori, (ita ut fere derma idem crasse longitudinaliter vel oblique striatum adpareat), superne tantum unipilae, in prospectu visae tantum quintuplo longiores quam latiores. Pedes longi, sed robustiores quam in *M. (H.) peragili* et corporis pili quam in *M. (H.) peragili* duplo longiores sunt. Palporum in singulo exemplo, quod habeo, tantum femur adest, sed multo brevior quam in *M. (H.) peragilis*, quod tantum vix septuplo longius est quam latius.

Habitat in Africa orientali.

GEN. **BDELLA** LATR. (sensu Trouessarti).

Typus: *Scirus vulgaris* Herm.; Sectio I. « Ornatae », sive signo chitineo obscuriori, trapeziformi, in dorso cephalithoracis illustratae; typus: *Scirus vulgaris* Herm.; Sectio II. « Inornatae », non supradicto signo ornatae; typus: *Bdella lignicola* Can.

OSSERVAZIONE. — Per questa sezione il *signum* è un eccellente carattere pel riconoscimento delle specie, perchè dall'una all'altra è diverso, e differente è la direzione delle strie del derma comprese nell'area del *signum*, circoscritta da

linee chitinee, più oscure, segnanti una figura presso a poco trapeziforme. Queste linee, che fanno tale disegno sono: l'*anteriore* che può essere intera, interrotta nel mezzo o quasi mancante; le *lateral*i, più o meno rette od incurvate verso l'interno, sempre molto bene cospicue. Manca una linea *posteriore*.

510. **Bdella iconica** Berl. n. sp. (inter «ornatas»). — Signum campaniforme, linea antica manifestiori, lateralibus leniter introrsus incurvis, dermate inter lineas laterales striis exilibus longitudinalibus impresso. Mandibulae quadruplo longiores quam latiores. Palporum femur septuplo; tarsus vix ultra triplo, longiora quam latiora. Ad 1650 μ . long.

Habitat, sat obvia, super plantas, in Italia (Firenze Umbria) et in Germania.

511. **Bdella iconica** Berl. var. **veneta** Berl. n. var. — Differt a typico mandibulis paulo exilioribus (sat ultra quadruplo longioribus quam latioribus); palporum tarso breviori, sive vix duplo longiori quam latiori; staturaque minori. Ad 970 μ . long.

Habitat in agro Veneto et Tridentino.

512. **Bdella validipes** Berl. n. sp. (inter «ornatas»). — Pedes omnes, praecipue tertii et quarti paris, multo robustiores et longiores quam in caeteris generis speciebus. Signum campaniforme, linea antica evanida, lineis lateralibus paulo interese divergentibus, in posteriori parte signi introrsus sat angulatis. Derma in area signi, lineis (punctulatis) densioribus, in dimidia area antica bene transversis, gradatim leniter angulatis, in dimidia parte postica areae vermiculatim convolutis et, non perspicue, fere longitudinaliter decurrentibus. Mandibulae (300 μ . long.) quadruplo longiores quam latiores. Palpi mediocres, femure (250 μ . long.) septuplo; tarso (100 μ . long.) fere triplo longioribus quam latioribus. Ad 1300 μ . long.

Habitat in Africa orientali.

513. **Bdella strandi** Berl. n. sp. (inter «ornatas»). — Mandibulae exiles, sive ultra quintuplo longiores quam latiores. Signum campaniforme, lineis lateralibus angulatim introrsus incurvis; linea antica perconspicua, haud interrupta. Striae dermatis in area signi transversae, angulatim retrorsus in medio incurvae, angulo retror-

sus gradatim acutiore. Palporum femur decuplo; tarsus fere triplo longioribus quam latioribus. Ad 1650 μ . long.

Habitat in Norvegia.

514. **Bdella strandi** Berl., var. **vistosa** Berl. n. var. — Differt a typico praecipue propter dermatis capitisthoracis sculptura inter lineas signi laterales. Sunt enim sulci laterales convergentes, fere ut in *B. iconica*, ita ut area inter lineas laterales signi tota sit longitudinaliter striato-punctata. Pedes valde robustiores (praecipue tertii et quarti paris) quam in typico, setulaeque omnes dorsi longiores. Ad 1500 μ . long.

Habitat in Norvegia.

515. **Bdella pulchella** Berl. n. sp. (inter «ornatas»). — Signum linea antica evanida, lineis lateralibus brevibus et sat crassis, semicirculariter introrsus incurvis. Derma in area signi sulcis transversis (in dimidia area antica retrorsum, in dimidia area postica antorsus leniter incurvis) crasse striatum. Mandibulae curvae et bene inflatae (210 μ . long.), minus quintuplo longiores quam latiores. Palpi sat breves; femure (100 μ . long.) minus quintuplo; tarso (48 μ . long.) paulo ultra duplo longioribus quam latioribus. Ad 750 μ . long.

Habitat, sat frequens, in Italia centrali (Firenze, Forlì), super plantas et in humo.

516. **Bdella sardoa** Berl. n. sp. (ex «ornatis»). — Signum figura eadem quam *B. iconicae*, lineaque anteriori validiori auctum. Derma in area signi ut in *B. validipes* exharatum. Mandibulae longae (200 μ . long.), superne visae quintuplo longiores quam latiores. Pedes haud robustiores quam in *B. iconica*. Palpus fere ut in *B. validipes*, sed femure multo breviori. Ad 800 μ . long.

Habitat in Sardinia.

517. **Bdella melanostoma** Berl. n. sp. (ex «inornatis»). — Rubra, apice rostri nigricante. Facies *B. virgulatae*, sed vix curtior. Mandibulae elongatae (270 μ . long.), vix ultra quadruplo longiores quam latiores. Palporum articulus quartus (tibia) minimus, dimidio brevior et strictior quam genu; femur (190 μ . long.) fere sextuplo; tarsus (70 μ . long.), vix ultra triplo longiora quam latiora; pilus tarsi apicalis externus perlongus (ad 240 μ . long.). Oculi cuiusque

paris lateralis intersese valde approximati, fere contigui. Ad 1100 μ . long.

Habitat in Africa orientali.

518. **Bdella subulirostris** Berl. n. sp. (inter « inornatas »). — Statura *B. lignicola*. Pili corporis sat longi. Rostrum longum. Mandibulae (270 μ . long.) exiliores et elongatiores quam in caeteris quas vidi, speciebus, sive nonuplo longiores quam latiores (superne visae). Palpi breves, curtiores quam mandibulae; femure (130 μ . long.) circiter quintuplo; tarso perbrevis (50 μ . long.), sive duplo longioribus quam latioribus. Ad 900 μ . long.


Habitat ad « Vallombrosa », inter folia coniferarum, circa nidos *Formicae pratensis* coacervata.

GEN. **TRACHYMOLGUS** BERL. N. GEN.

Typus: *Bdella nigerrima* C. et F.

GEN. **MICREREYNETES** BERL.

Scutum cephalothoracicum (in speciebus « scutatis ») lineis obscurioribus, venaeformibus, in diversis speciebus varie dispositis



gaudet. In *M. polymitus* K. e. g., scuti sculptura haec est.: A) area anterior; B) area posterior; a) linea transversa media; b) linea

transv., marginalis; c) linea longitud. posterior; d) linea longitud. anterior; e) linea externa; -- α) pilus anterior; β) pilus medius; γ) seta tactilis antica (Videas fig.)

519. **Micrereunetes biscutatus** Berl. n. sp. — Roseo-flavidus. Scutum cephalothoracicum area posteriori reticulo polygonali, perconspicuo signata; linea transversa media retrorsus angulata; marginali sat valida; lineis longitud. anticis obsoletis, curtioribus; posticis bene validis; externis nullis. Adest scutum non bene circumscriptum, in dorso abdominis, vix post humeros, totum bene reticulo perconspicuo signatum. Ad 450 μ . long.; 360 μ . lat.

Habitat in fimetis, in Agro Veneto.

520. **Micrereunetes excellens** Berl. n. sp. — Roseo-flavidus. Scutum cephaloth. bene definitum, lineis longitud. anterior. utrinque duplicibus et basi apicemque versus concurrentibus. Area anterior perparva et linea longitud. media signata. Lineae externae robustae, antrorsus cum longitud. poster. concurrentes. Area posterior transversa et linea longitud., in medio, bene signata. Linea marginalis perconspicua. Circa pilos dorsi infrahumerales est derma durius et costulam conficiens, antrorsus directam et bene chitineam, antice ramosam. Ad 425 μ . long.; 240 μ . lat.

Habitat in Japonia.

521. **Micrereunetes galeatus** Berl. n. sp. — Roseo-flavidus. Scutum cephaloth. sat grande. Linea transv. brevior, sed robusta et perconspicua. Lineae longitud. anter. robustiores, divergentes, triramosae. Area circa setam tactilem adest pallidior et magna, ita ut area anterior inter lineas longitudin. obscurior videatur. Lineae posterior., longitud. et externae, nec non marginalis transv. subevanidae. Pilus anterior caeteris dorsi dimidio minor; caeteri omnes fusiformes, sat longi et sat exiles. Ad 460 μ . long.; 240 μ . lat.

Habitat Panormi.

522. **Micrereunetes galeatus** Berl. var. **centralis** Berl. n. var. — Differt a typico praecipue propter scuti lineas chitineas sat diverse dispositas. Lineae longitud. anter. sunt, enim, longiores quam

in typico, praecipue interiores, quae, inter sese demum conjunctae sunt brevi et manifestiori linea transversa pontiformi. Pili medii e basibus paulo inter sese distantioribus oriuntur. Area posterior nulla linea signata. Linea transversa posterior obsoleta, in medio subevanida. Statura et facies typici.

Habitat communis in agro Florentino.

523. **Micrereunetes galeatus** Berl., var. **septentrionalis** Berl. n. var. — Differt a typico propter linearum scuti dispositionem. Lineae longitud. anter. sunt omnino ut in typico, sed area posterior linea media impari non obsolete signata et lineae transv. marginali bene conspicuae et valde arcuatae conjunctae. Sunt, autem, lineae transversae oblique a media ad longitud. posteriores decurrentes duae, aequidistantes a lineis transversis antica et postica. Statura typici.

Habitat in Italia septentr.

524. **Micrereunetes arcuatus** Berl. n. sp. — Roseo-flavidus. Scutum cephaloth. peculiariter lineis signatum, ita ut species mox distinguatur. Linea, enim, transv., media retrorsus valde angulata, V-formis est et ex angulo ramulus retrorsus directus, in media area postica decurrens adest, qui in reticulum minus bene distinctum, aream posticam occupantem ramificatur. Characterem conspicuum praebent ramuli interiores linearum longitud. anter., qui, a basi, introrsus incurvantur et denique confunduntur, ita ut lineam semicirculariter arcuatam, perconspicuum, in media area antica conficiant. Ramuli externi, valde divergentes, mox ad margines scuti evanescunt. Lineae posterior longitud. et transversa marginalis bene conspicuae. Lineae externae evanidae. Ad 300 p. long.; 180 p. lat.

Habitat in agro Neapolitano (Portici).

SUBGEN. **RICCARDOELLA** BERL., N. SUBGEN.

(Ex. gen. *Micrereunetes* Berl.). Palpi triarticulati. Dorsum nullo scuto protectum. Typus: *Acarus limacum* Schr.

SUBGEN. **PROTEREUNETES** BERL., N. SUBGEN.

(Ex gen. *Micrereunetes* Berl.). Dorsum nullo scuto protectum. Articuli pedum nulla costula chitinea annulari, interna, aucti. Corpus paulo latius et pedes aliquanto eurtiores quam in *Micrereunetes* (s. str.). Pili tactiles, dorsuales nulli. Typus: *M. (P.) agilis*. (Adde: *Ereynetes lapidarius* Oud.).

OSSERVAZIONE. — Un buon carattere differenziale delle specie di questo sottogenere si desume dalla lunghezza proporzionale degli articoli delle zampe (soprattutto di quelle del 1.^o paio). La tibia, infatti, è variamente lunga rispetto al femore ed al tarso. Prendo per unità di misura (100) il femore ed ho, così, una formula, che trovo bene diversa per ciascuna specie. Ad es., pel *M. (P.) lapidarius* (Oud.), la formula è la seguente:

$$\frac{T. (tarso) 70; — Tb. (tibia) 70; — G. (ginocchio) 55}{F. (femore) 100}$$

525. **Micrer. (Protereunetes) brevipes** Berl. n. sp. — Pallide roseo-aurantiacus. Corpus globoso-ovatum, vix humeratum, gibbosum, paulo longius quam latius; pilis parvis, rosariiformibus, villosis ornatum. Pedes omnes corpore multo breviores; antici caeteris robustiores et corporis latitudinem longitudine aequantes. Huius paris artic. tertius (genu) percutus, brevior quam latior; tibia aequae longa ac lata; tarsi vix longior quam latior et vix tibiam longitudine superans. Formula est haec:

$$\frac{T. 60; — Tb. 55; — G. 35}{F. 100}$$

Ad 220 μ . long.; 140 μ . lat.; pes primus 140 μ . long.

Habitat in Etruria.

526. **Micrer. (Protereunetes) agilis** Berl. n. sp. — Non nimis diversus a *M. (P.) brevipes*, sed pedes antici non caeteris robustiores; latitudinem corporis non aequantes; eorum formula est:

$$\frac{T. 66; — Tb. 77; — G. 33}{F. 100}$$

Tibia inter congenerum hucusque notarum specierum longior est, quam latior. Tarsus quam tibia bene curtior, eadem longitudine ac crassitie. Ad 350 μ . long.; 200 μ . lat.; pes primus 300 μ . long.

Habitat Panormi.

MESOSTIGMATA.

527. **Uropoda regalis** Berl. n. sp. — Mas antérieur subacutus, postice rotundatus. Dorsum punctulis parvulis, aequedissitis sculptum, inter quos pili minimi, plures sunt, ex quibus aliquot sunt in extremo dorso caeteris duplo longiores, fusiformes. Venter pseudo-foraminibus sat late aequedissitis sculptus ex quibus aliquot (7 numero) sunt utrinque longitudinaliter uniseriati ad latera foraminis genitalis. Epistoma peculiariter incisum, margine antico subtruncato, angulis pilo minimo ornatis, in medio marginis dentibus duobus rotundatis. Peritrema fere ut in *U. obscura*. Linea metapodica primitus sinuatim, deinde rotundatim decurrens. Femura inferne (prope basim) valido tuberculo rotundato, pilifero ornata; deinde consueta squamula. Inter congeneres maxima. Ad 1300 μ . long.; 960 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

528. **Phaulocylliba amplior** Berl. n. sp. — Badia, discoidalis, antice truncata, Ph. romanae more. Epigynium parvum, duplo longius quam latius, subovale, tamen antérieur aliquanto latius quam in dimidia parte postica, margine antico semicirculariter rotundato, postice recte truncato. In medio ventre, inter epigynii marginem posticum et ani foramen, adest linea obscurior, transversa, subrecta, incisionem simulans et venter inter lineam hanc, lineam metapodicam et epigynium, pseudo-foraminibus aliquot (singulis vel duplicibus), punctiformibus, subhyalinis, decemnumero (circa) impressus. Peritrema perlongum nec complicatum, late arcuatim extrorsus plicatum ad marginem corporis anticum decurrit ibique, satis a vertice remotus, evanescit. Scutum dorsuale orbiculare, linea arcuata, antérieur sat a vertice remota, deinde, lateraliter gradatim cum margine scuti dorsualis concurrenti, quae linea scutum stricte lunuliforme antico-marginale distinguit, signa-

tum. Pili minimi sunt in parte nuda dorsi et ventris, difficiliter conspicui, paucinumero, aequedissiti e infundibulo chitineo exhorti. Sunt pili bini crassiusculi, fusci, perconspicui, in dermate nudo dorsi, post scutum dorsuale insiti, inter sese appressi. Ad 1230 μ . long.; 118 μ . lat.

Habitat in « Sumatra ».

529. **Megalolaelaps echiniventris** Berl. n. sp. — Badius. Venter nudus; caetera scuta densius pilis perrobustis, subspiniformibus, longis (ad 100 μ .), laete (in foemina) barbulatis vestita. Scutum anale signis transversis pluribus, obscurioribus, scalariformiter corrugatum, super quae signa pili crassiores seriatim oriuntur, in foemina robustiores quam in mari, barbulati, picei, e parte antica scuti posticam versus statura decrescentes (antici, ad humeros, in foem. 400 μ . long.; postici 150 μ . long., 20 μ . lat.). Pedes, praecipue quarti paris, validius spinosi.

Foem. sat elongate ovalis; sterno brevi et lato, antice recte, postice semicirculariter excavato (500 μ . lat.; 160 μ . long.). Epigynium subrectangulare, postice leniter angulato-rotundatum, anteriorius evanescens, inter quartas coxas 360 μ . lat., a scuto anali multo (300 μ .) spatio remotum. Scutum anale perparvulum, perfecte ovale, 200 μ . long.; 150 μ . lat., linea semicirculari, margini postico parallela, subhyalina, post anum impressum. Ad 1550 μ . long.; 950 μ . lat.

Mas brevior, subrectangulo-ovatus; sterno inter quartas coxas perstricto ibique truncatim desinenti, a scuto anali, eidem foeminae subaequali, valde (230 μ .) remoto. Pedes secundi et quarti paris caeteris multo robustiores; quarti paris tertiis sesqui longiores et duplo crassiores, spinis longioribus obsiti; secundi paris femure inferne valido calcari conico, genu tuberculo parvo, tibia tubere vix majori, apice denticulato, tarsi apice validius trispino. Ad 1450 μ . long.; 1200 μ . lat.

Habitat « Sumatra », super *Catharsius molossus*.

530. **Megalolaelaps denudatus** Berl. n. sp. — Saturate auran-tiacus, breviter rectangulo-ovalis, postice late rotundatus; scuto dorsuali postice late rotundato et pilis medioeribus, cylindricis,

apice barbulatis, paucis numero ornato; eiusdemque fabricae sed dimidio circiter curtiores sunt pili in ventris dermate nudo. Pauciores numero pili, eiusdem fabricae et staturae quam dorsuales, sunt in margine postico-laterali. Scutum peritrematicum obclavi-forme, sive de vertice ad secundas coxas stricte lineare, deinde, usque ad quartas coxas, quadruplo latius, apice postico acuto.

Foem. Sternum duplo et ultra latius quam longius, margine postico bene arcuatim excavato, pilis sat curtis et crassiusculis (sex numero) ornatum, lineaque transversa perconspicua, subrecta in medio signatum. Scutum genito-ventrale perparvum, vix late ampulliforme, post quartas coxas truncato-rotundatum, crebre punctulato-areolatum, a scuto anali, late ovato-obtrigono, sesqui latiori quam longiori (350 μ . long.; 550 μ . lat.), glabro (exceptis pilis binis adanalibus), eadem sculptura quam genito-ventralis sed obsoletiori, remotum. Pedes robusti; secundi paris caeteris crassiores, tarsis validissimis, spinis curtis, calcariformibus armatis, ex quibus basales duae (prima externa, secunda ventralis, apicales quatuor numero, ex quibus internae duae perparvae sunt, validiores). Ambulacra etiam pedum posticorum non abnormaliter elongata. Ad 2000 μ . long.; 1450 μ . lat.

Mas foemina brevior; scuto anali minus lato et bene obtrigono; pedibus robustioribus et spinosioribus; secundi paris spinis tarsi (praecipue basalibus) multo robustioribus, femure validiori calcar conico praedito; genu et tibia calcaribus tuberiformibus, fere obsoletis armatis. Ad 1750 μ . long.; 1400 μ . lat.

Habitat in « Sumatra », super *Catharsius molossus* collectus.

531. **Pachyseius molossus** Berl. n. sp. — Inter congeneres maximus. Badio-aurantiacus; ventre multipiloso. Epistoma hyalinum, submolle, rotundatum. Scuta omnia bene reticulata. Pedes secundi paris tarso apice debilius spinoso.

Foem. sterno latiori quam longiori, anterie et posterius excavato, angulis posticis rotundatis, obtusis, anticis valde acute productis; epigynio clepsidraeformi; scuto ano-ventrali obpyri-formi, ad anum bene attenuato et constricto (700 μ . long.; 600 μ . lat.); scuta sunt tria numero, transv. linearia, exiliora, inter epigynium et scutum anale. Trochanter tertii et quarti paris dorsua-

liter, in apice distali, dente robusto armatus. Ad 2200 μ . long.; 1600 μ . lat.

Mas humeratus, foemina sua major et villosior. Scutum ventrale ad quartas coxas perstrictum (tantum 180 μ . lat.), deinde dilatatum (850 μ .), in ventre subrectangulum, margine postico rotundato, ad anum tamen subito constrictum (300 μ . lat.; angulo recto pars ista circumanalis est a ventrali utrinque distincta), demum post anum rotundatum. Pedes secundi paris majores et crassissimi, femure inferne calcari validiori runcato; genu brevi tubere apice subbilobo, tibia sub apicem tuberculo parvo, tarso superne spina singula armatis. Quarti paris femur inferne crasse bispinosum. Ad 2250 μ . long.; 1400 μ . lat.

Habitat « Calcutta », super *Catharsius molossus*.

532. **Macrocheles (Coprholaspis) pharaonius** Berl., var. **brevior** Berl. n. var. — Differt a typico corpore aliquanto breviori, sive curtiori et magis rotundato; sterni sculptura obsoletiori, subevanida, praecipue sulco medio transverso subinconspicuo; scuto ano-ventrali magis cordiformi, utrinque magis excavato (200 μ . long.; 190 μ . lat.); statura minori; pedibus debilioribus; colore pallidiori, sive subterreo. Ad 640 μ . long.; 400 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

533. **Gamasus (Eugamasus) latissimus** Berl. n. sp. — Foem. flavo-aurantiaca, ampulliformis, latior, sive vix longior quam latior (scutum dorsuale est 1050×800 μ .), pilis curtis, aequedissitis induta. In scuto dorsuali est linea transversa, obscurior, obsoleta scutum idem in partes duas (postica est vix major) dividens. Scutum ventrale majus, trigonum, reticulatum, latius quam longius. Epistoma mucrone medio brevi et truncato (1), margine laterali spinuloso, spinulis magnitudine extrorsus gradatim decrescentibus. Epigynium perfecte trigonum, apice mucronato, latius quam longius. Pedes graciles et sat longi; tarsi 2.ⁱ; 3.ⁱⁱ et 4.ⁱ paris (praecipue secundi) spinis aliquot (3-4), sat robustis, armatis.

(1) Può essere che, nell'unico esemplare di questa specie, che possiedo, questa spina media sia rotta quasi alla base.

Secundi paris femur inferne robuste bispinum. Ad 1120 μ . long.; 950 μ . lat.

Habitat in « Sumatra ».

534. **Gamasus piceatus** Berl. n. sp. — Nympha coleoptr. elongata (duplo longior quam latior); pedibus, rostro scutisque flavo-castaneis. Scutum dorsuale posticum obtrigono-rotundatum, multo latius quam longius. Epistoma trispinum; spina media sat longa, exili, acutissima; lateralibus vix media curtioribus, externe, sub apicem spinula laterali ornatis. Ad 750 μ . long.; 380 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

535. **Gamasus piceatus** Berl., var. **mandibulatus** Berl. n. var. — Nympha coleoptr. Differt a typico praecipue statura aliquanto majori; colore minus piceo; rostro robustiori; chelis duplo longioribus et robustioribus; epistomatis spinis validioribus, externis haud apice spiculatis; sterno aliquanto strictiori. Ad 860 μ . long.; 450 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

536. **Gamasellus mitigatus** Berl. n. sp. — Foem. Sat *G. quadrisigillatus* affinis, sed bene diversus, praecipue colore pallidiori; statura minori; pilis trunci curtissimis; peritremate perbrevis, lato, pluries constricto, vix quintuplo longiori quam latiori, non ultra dimidias tertias coxas producto; scutis ventralibus perlaevibus; nullo scutulo vel puncto chitineo inter jugularia interposito. Sigilla scuti dorsualis ut in *G. succinctus* distributa. Ad 500 μ . long.; 280 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

537. **Gamasiphis productellus** Berl. n. sp. — Foem. dilute badia, valde elongata sive fere duplo longior quam latior, ovalis, postice subacuta. Dorsum pilis aliquot robustis, praecipue in margine laterali longis (ad 70 μ . long.) ornatum. Pilus adest in scuto ventrali prope rimam, scutum hoc a dorsuali sejungentem, dimidio iisdem dorsi curtior, sed robustior quam in caeteris speciebus. Epistoma spina media valde elongata et perexili, lateralibus tan-

tum mucroniformibus. Jugularia quatuor numero; antica posticis vix exiliora, transverse bistriata. Ad 460 μ . long.; 280 μ . lat.

Habitat in « China ».

538. **Heterozercon cautus** Berl. n. sp. — Mas. Sat dilute badius, ovatus, ad quartos pedes rotundato-prominens, postice rotundatus; marginibus corporis pilis curtissimis, vix conspicuis ornatis, pilis duobus posticis, prope medium marginis, sat longis, exilibus, interse paulo discretis. Margo lateralis ventris scutulis minimis, subrotundatis, 10 numero, seriatis, ornatus. Pedes antici secundis sesqui longiores, crassitie pares, apice attenuati; femure inferne spinis robustis et longis quatuor numero, non seriatim dispositis armato; articulis caeteris (excepto tarso) pilis subspini-formibus, longis armatis. Pedum secundorum femur calcari robusto, runcatim incurvo praeditum. Dorsum omnino glabrum, nitidissimum. Ad 660 μ . long.; 490 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

539. **Epicroseius scutatus** Berl. n. sp. — Facies E. angelioidis a quo tamen differt (et ab E. seurati), propter scutum anticum cum antico-marginali (dorsi latera stricte obtegenti usque ad secundos pedes) in medio stricte colligatum; propter scutum dorsuale posticum singulum (sive non fissura, secundum lineam longitud. mediam in partes duas divisum) nec non propter scutum magnum, late rectangulum, in medio dorso, inter anticum et posticum insitum iisque subcontiguum. Ad 600 μ . long.; 450 μ . lat.

Habitat in « Sumatra ».

GEN. **ASTERNOLÆLAPS** BERL. N. GEN.

Gen. *Asternoseius* propinquum. Pedes antici ambulacra. Foem. scuto sternali nullo; genitali maximo, subtrapezino, etiam pectus obtegenti; ventrali totum ventrem occupanti; omnibus et dorsuali singulo, majori, pilis curtis dense vestitis. Mas femure secundi paris calcarato; chelis inermibus; scuto sternali pectus a secundis coxis occupanti, foramine genitali rotundo in medio perforato; ventrali et dorsuali ut in foeminis. Foemina ovis pluribus in ventre repleta.

Typus: *A. fecundus* Berl. n. sp.

540. **Asternolaelaps fecundus** Berl. n. sp. — Badius. Pedum articulorum margo supernus, interior crenulatus. Metapodia linea chitinea exili, externe serrulata significata. Epistoma in mucronem acutum desinens. Mentum trilobum, lobulis lateralibus dilatatis, ramosis. Corniculi labiales bilobi, lobulo externo conico, interno foliaceo, rotundato-dilatato. Chela curta (aeque longa ac lata), digitis valde runcatis, interse subaequalibus; mobili bi-, fixo tridentato. Epigynium anterius subbilobum. Sentorum pili parvi, simplices. Mas ad 580 μ . long.; 420 μ . lat.; foem. ad 800 μ . long., 530 μ . lat.

Habitat in « Vallombrosa », in humo et in muscis.

541. **Ololaelaps venetus** Berl. var. **sinensis** Berl. n. var. — Speciei nostrati similis. Maris mandibula tamen est sat diversa, quod calcari gaudet cultriformi, apice acuto et non canaliculo undulato (qui in calcari e latere viso est manifestus) praedita, sed subrecto, basi vix attenuatiori, denique aliquanto dilatato. Statura formae typicae.

Habitat prope Pechinum.

542. **Androlaelaps comatus** Berl. n. sp. — Foem. testaceo aurantiaca, subcylindrica, vix lateribus retrorsus divergentibus, postice rotundata. Pili dorsi et marginales sat robusti, longiuseculi (duo medii sunt in margine postico, caeteris robustiores, ad 60 μ . long.). Sternum trapezinum, vix ad summas tertias coxas productum, margine postico undulato-dentato. Scutum genito-ventrale bene ultra dimidium ventrem productum, post quartos pedes sat dilatatum (quamvis minus quam in *A. sardous*, sed magis quam in *A. karavaiewi*), perfecte rotundatum, a scuto anali vix discretum. Scuta metapodica linearia, exiliora. Scuta peritrematica ultra stigma parum dilatata et angulatim producta. Pedes secundi paris robusti, caeteris non nimis crassiores, calcari femurali robusto, subobtusato, tenuiter falcatis incurvis; genuali et tibiali validiorem spinam simulantibus; tarso apice non in unguem producto. Pedes antici magni, multo robustiores quam in caeteris speciebus congeneribus, quod femure et genu crassis gaudeant, ita ut fere pedes secundos crassitie aequent. Ad 580 μ . long.; 350 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

543. Cosmolaelaps simplex Berl., var. **digrediens** Berl. n. var.

— Differt a typico praecipue propter dorsi et marginis postici trunci pilis omnibus simplicibus, curtis, conicis, apice acutis; nec non epigynii fabrica. Epigynium, enim, minime, post quartos pedes, dilatatum, sed vere marginibus lateralibus sensim concurrentibus, rectis. Ad 570 μ . long.; 320 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

544. Oolaelaps mucronatus Berl. n. sp. — Foem. dilute baddia, obovata, postice acuta, omnino corporis fabrica Urozeroni similis.

Scutum dorsuale breviter ovatum, pilis spiniformibus robustis et sat longis, intersese statura paribus ornatum, sat latam extremi dorsi partem nudam relinquens. Pedes antici caeteris crassiores et longiores, ambulacris magnis aucti. Pili pedum spiniformes, robusti. Palporum articulus secundus, ad dorsum, validius quadrispinus. Sternum magnum, totum nitidum, ad latera menti margine antico in mucronem rotundatum utrinque productum, margine postico vix excavato, laterali ad tertias et quartas coxas melius chitineo. Scutum genito-ventrale hyalinum, margine antico late rotundato, ad dimidias secundas coxas producto, obtrigonum, in denticulum acutum, melius chitineum desinens, totum longitudinaliter bene striatum, pilisque robustis post marginem posticum sterni ornatum. Venter pilis validis, subspiniformibus (ex quibus utrinque sunt duo ad latera scuti genito-ventralis) vestitus. Scutum anale rotundato-obtrigonum, parvum, a praecedenti sat remotum, pilo ani laterali debili; postanali in spinam validissimam incrassato. Ad 550 μ . long.; 330 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

545. Oolaelaps orientalis Berl. n. sp. — Foem. Valde O. moderato Silv. similis. Testacea, leniter obovata, dorso convexo, nitidissimo. Scutum dorsuale pilis minimis ornatum, ex quibus quatuor numero sunt caeteris saltem triplo longiores, robusti, subspiniformes. Scutum genito-ventrale post quartas coxas sat dilatatum, angulo laterali rotundato, deinde propter margines laterales con-

currentes, angulatum; a scuto anali bene remotum. Mandibulae chela ut in *O. moderato* fabricata, sed digito fixo tridenti. Ad 700 μ . long.; 470 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

546. **Hypoaspis hospes** Berl. n. sp. — Foem. pallide terrea, elongatius obconica, postice acuta, pilis brevissimis, etiam marginalibus ornata. Scutum dorsuale vix extremi abdominis angulum apicalem nudum relinquens. Pedes antici secundos crassitie aequantes sed omnibus longiores et inferne, in quoque articulo (3.^o, 4.^o, 5.^o) pilis brevibus, subspiniformibus, binis prope marginem anticum armati. Pedes caeteri setis curtis et robustis (minus tamen quam in subgen. *Geolaelaps*) ornati. Sternum magnum, usque ad dimidias tertias coxas productum, nitidum. Epigynium elongate subrectangulum, post quartos pedes non dilatatum, sed sat productum, postice rotundatum, non nimis a scuto anali, elongate cordiformi remotum, postice rotundatum. Scutum peritrematicum perexile et post stigma valde productum, attenuatius, exilioris lineae chitinae more. Mandibulae chela perparva, subhyalina. Valde diversae sunt inter sese statura foeminae huius speciei; minores 560 μ . long.; 280 μ . lat.; majores 800 μ . long.; 370 μ . lat.

Habitat, cum nympha sua, in nidis Termitum, in Africa orientali.

547. **Hypoaspis (Haemolaelaps) spegazzinii** Berl. n. sp. — Foem., pallide terrea, elongate obovata, postice subacuta; pedibus sat validis, pilis spiniformibus hirtis. Scutum dorsuale elongate ovale, postice rotundatum, fere ad extremum abdomen productum, parce et curtius pilosum, pilis, tamen binis anticis binisque posticis vix caeteris validioribus, subspiniformibus. Sternum longius quam latius, subrectangulum, marginibus omnibus sensim excavatis, pilis senis, mediocribus auctum. Scutum genito-ventrale bene post quartas coxas productum, perstrictius cordiforme, postice acute angulatum, impilum (pilo tamen in angulo ad quartas coxas manifesto), valde a scuto anali remotum. Scutum anale subcirculare-cordatum, perparvulum. Venter pilis aliquot mediocribus ornatus. Coxae quarti paris perlongae. Femura quarti paris superne spinis validis binis aucta; tertii et secundi paris spinis minoribus

armati. Secundi paris femur, genu et tibia spinis binis, sat validis aucta. Ad 670 μ . long.; 320 μ . lat.

Habitat in Abyssinia.

GEN. **PROCTOLÆLAPS** BERL. N. GEN.

Characteres (♀) gen. *Coleolaelaps*, sed foramine anali magno (forsitan ad adhaerendum apto).

548. **Proctolaelaps productus** Berl. n. sp. — Foem. pallide terrea, ovalis, nitidissima, pilis dorsualibus et marginalibus gradatim marginem posticum versus statura crescentibus, ita ut postico-lateralis major, robustior dimidiam fere corporis latitudinem aequet. Margo posticus abdominis nudus, ultra quem valde est in mucronem productum scutum anale, pilo impari auctum. Epigynium latum, vix post quartas coxas rotundatum. Pedes antici caeteris crassitie pares. Ad 800 μ . long.; 500 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

549. **Laelaspis calidus** Berl. n. sp. — Foem. pallide badia, sat late ovalis, pilis sat longis, apice subbarbulato-penicillatis ornata, dimidio curtioribus (marginis et dorsi) quam in *L. astronomicus*. Pili duo postici caeteris duplo longiores, arcuatim incurvi. Sternum paulo latius (150 μ .) quam longius (120 μ .); excepta parte postica, sulcis reticulatim exharatum. Scutum genito-ventrale mediocriter latum, (290 μ . long.; 230 μ . lat.) angulis anticis obtuso-rotundatis, margine postico rotundato. Linea Λ -formis antice subacute rotundata, lineas concurrentes paucas occludit, utrinque areas magnas subtrapezinas sistentes (numero 3 in dimidia parte dextera, 4 numero in sinistra). Ad 550 μ . long.; 420 μ . lat.

Habitat in Africa orientali.

SUBGEN. **SEIOPSIS** BERL. N. SUBGEN.

(Ex gen. *Amblyseius*). Characteres gen. *Amblyseius*, sed mas scuto-sternali cum ventrale confuso. In utroque sexu seta humeralis subnulla est, nec quarti paris pedum setae caeteris robustiores

et longiores sunt in articulis 4.^o, 5.^o, 6.^o. Robustiores et melius chitinei quam species gen. *Amblyseius* s. s.

Typus: *A. (S.) brevipilus* Berl.

550. **Amblyseius (Seiopsis) brevipilus** Berl. n. sp. — Terrebadius, ovalis, postice arcuato-truncatus. Scutum dorsuale sensim ad lateres et in ventre inflexum. Pilus postanalus mediocris. Pili postici scuti analis laterales curti et subspiniformes (sive scuti eiusdem longitud. non aequantes). Pili duo in margine postico scuti dorsualis robustiores sed curti, nam scuti analis longit. vix superant. Caeteri corporis pedumque pili curtissimi.

Foem. scutum ventrale post quartas coxas trapezinum et sat productum, postice recte truncatum, ab anali valde remotum. Scutum anale parvum, subcirculare, aequae longum ac latum, ano majore (papilliformi), late perforatum. Scuta peritrem. post stigmata acute producta. Ad 450 μ . long.; 300 μ . lat.

Mas strictior et minor foemina: pilis posticis paulo longioribus; scuto ventrali post quartos pedes gradatim attenuato, lateribus subrectis. Chela digito fixo sexdenticulato; mobili bene runcato, sub apicem denticulato; calcari e dimidio margine externo exhorto, digitum eundem longitudine subaequant. subrecto, digituliformi, dimidio margine interno membranula hyalina marginato. Ad 360 μ . long.; 230 μ . lat.

Habitat (cum Formicis?) in « Giappone ».

CRYPTOSTIGMATA II.

551. **Achipteria nitens** (Nic.), var. **moderatio** Berl. n. var. — Typico magis lata, sive ovalis; antico minus deorsum incurvo; pilis corporis dimidio curtioribus vix caeterarum specierum (pilosarum) longioribus (e. g. pili basiales latitudinem lamellarum non vel vix superant); statura minori. Ad 700 μ . long.; 490 μ . lat. (Typicus ex Gallia est 800 $\times$ 570).

Habitat prope Parisios.

552. **Trichoribates lucens** (K.). var. **distinguendus** Berl. n. var. — Differt a typico (qui 750 μ . est long.) statura minore (540 μ . long.) nec non propter marginem anticum clypei trimucronatum.

Habitat Florentiae.

553. **Trichoribates setosus** (K.), var. **apenninicus** Berl. n. var. — Differt a typico praecipue statura minori (typicus est 630 μ . long.; 450 μ . lat.) nec non organis pseudostigm. elongate claviformibus; lamellarum dente exteriori, apicali perlongo et robustiore, fere Antici apicem attingente. Ad 580 μ . long.; 400 μ . lat.
Habitat in Etruria (« San Marcello Pistoiese »).

554. **Protoribates (Schelorib.) parvulus** Berl., var. **jucundior** Berl. n. var. — Differt a typico tantum statura aliquanto jucundiori. Ad 410 μ . long.; 270 μ . lat.
Habitat, « Calcutta », in cavernis.

555. **Carabodes minusculus** Berl. n. sp. — Castaneo-fuligineus, pedibus concoloribus, pallidioribus, sive (etiam femoribus) terreo-fuligineis. Anticum planum, haud undulatum vel gibbosum. Abdomen subrotundum, dorso aequae convexo. Derma Antici (etiam alarum tecti) totum aequae tuberculatum; abdominis totum granulis haemisphaericis grossis, aequedissitis obsitum; pilis perparvulis, simplicibus, exceptis duobus in summo abdomine prope lineam mediam, qui longiusculi sunt et vix barbatuli. Organa pseudostigm. sat brevia, cochleae more excavata, asperula. Ad 350 μ . long.; 200 μ . lat. Inter congenere, hucusque notos, minimus.
Habitat in Etruria.

SUBGEN. **CALHOPLOPHORA** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Phthiracarus* Perty (= *Hoplophora* C. L. Koch).

Typus: *Hoplophora carinata* C. L. K.

SUBGEN. **TRACHYHOPLOPHORA** BEBL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Phthiracarus* Perty (= *Hoplophora* C. L. Koch).

Typus: *Hoplophora magna* Nic.

556. **Phthiracarus (Trachyhopl.) brevipilus** Berl. n. sp. — Saturate badio-fuscus, sat elongatus, bene variolosus, sive dermate foveolis rotundis, bene conspicuis impresso, inter quas reticulus polygonalis, fuscior adparet. Carina tenuis adest tantum in

abdomine postico. Pili abdominis brevissimi, vix conspicui, exiliores, retrorsum deflexi, apice attenuati. Cephalothorax variolosus, carinula media, longitudinali sat elevata; lateralibus mediae parallelis sat altis, omnibus scabrosis. Organa pseudostigm. elongata, tenniter claviformia, vix basi incurvata, sat longa (60 μ . long.). Abdomen super cephalothoracem non productus. Exempl. majorum abdomen 900 μ . long.; 580 μ . altum.

Habitat in Etruria.

557. **Phthiracarus (Trachyhopl.) remigerus** Berl. n. sp. — Differt a *Ph. somalicus* praecipue pilis trunci aliquanto curtioribus et apice dilatatis, quasi remiformibus, obsolete apice aciculatis. Quaque valva analis pilo singulo, caeteris exterior et multo validior nec non fere duplo longior aucta. Capitisthoracis pili omnes (etiam basales) curtissimi, simplices, molles, vix conspicui. Derma obsolete variolosum, sive foveolis rotundis, parvis, intersese plus diametro suo discretis, nitidis impressum; circa quas foveolas derma opacum, subasperato-punctulatum est. Organa pseudostigm. longa, ad S incurva, apice leniter incrassata et obsoletius externe aciculata. Cephalothorax medioeri carina auctum. Exemplum majus 410 μ . long.; 200 μ . lat.

Habitat in « Somalia italiana ».

558. **Phthiracarus (Trachyhopl.) somalicus** Berl. n. sp. — Valde affinis *Ph. striculo*, cuius forsitan varietas est. Differt praecipue organorum pseudostigmatic. fabrica, nam sunt organa haec aliquanto curtiora et sub apicem incrassata, claviformia, leniter ad apicem incurva et subtus ibi tantum aciculis scabrato-villosa. Dermatis sculptura obsolete variolosa. Ad 550 μ . long.; 330 μ . altus.

Habitat in « Somalia italiana ».

559. **Phthiracarus (Trachyhopl.) histricinus** Berl. var. **nitidior** Berl. n. var. — Differt a typico dermate non bene varioloso, areolis punctatis sed subnitido, toto crebre punctato; figura areolarum subevanida, difficiliter conspicua. Statura typici vel vix major; 470 μ . long.; 320 μ . lat. Radius; pilis abdominis 70 μ . long.; organis pseudostigm. 60 μ . long., ut in typico ad S bene inflexis.

Habitat in « Florida ».

560. **Phthiracarus roubali** Berl. n. sp. — Badio-fuscus, nitidissimus, subsphaericus, sat P. globoso, primo visu similis, sed minus altus. Pili sunt exiles et simplices, sat longi (sive cephalothor. dimidiam fere longitud. attingentes) in dorso abdominis et lateraliter erecti. Derma nitidissimum lucidumque; majoris amplificationis ope punctulis signatum conspicitur, aliquanto minus densis quam in *Ph. subglobosus*. Organa pseudostigmatica sat brevia (40 μ .), spatulato-claviformia, apice subtruncato (e latere visa, sed in prospectu lanceolata adparent, sive apice acuminato). Cephalothorax non carinatus, sat magnus, dimidiam fere abdominis longitud. aequans. Exemplum majus abdomine ad 900 μ . long.; 650 μ . alto; cephalothor. 420 μ . long. gaudet.

Habitat in « Boemia », in Gallia et in Italia septentr.

561. **Phthiracarus subglobosus** Berl. n. sp. — Badio-fuscus. Statura et facies *Ph. nitens* Nic., sed brevior, subglobosus, quamvis minus altus quam *Ph. meridionalis* (in exemplo, maximo, cuius abdomen est 1300 μ . long., idem altus est 990 μ .). Pili exiles et simplices, mediocres. Derma nitidissimum; majoris amplificationis ope tenuissime punctulatum; aliquanto crassius et non subvermiculatum quam in *P. nitens*. Organa pseudostigm. vere fusiformia, apice attenuatissima, in medio arcuatim vel angulatim incurva. Cephalothorax sat conspicua carina insignitus, brevis (dimidiam abdominis longitudinem non aequans).

Habitat in Europa (Italia, Germania, Norvegia).

562. **Phthiracarus rotundus** Berl. n. sp. — Brunneo-badius, nitidissimus, subrotundus (abdomen 510 μ . long.; 360 μ . lat., vel 610×450 in exemplo majori). Pili abdominis simplices, exiles, erecti, longiores, fere dimidiam altitudinem abdominis aequantes. Cephalothorax mediocris, vix obsoletius carinatus. Derma fere ut in P. globoso punctulatum. Organa pseudostigm. sat longa, filiformia, vix basi tenuissime incrassata, subfusiformia.

Habitat in Italia septentrionali et centrali.

563. **Phthiracarus curtulus** Berl. n. sp. — Badius, nitidus, subglobosus (abdomen est enim, in exemplo medioeri, 550 μ . long.;

380 μ . altus). Pili dorsuales abdominis (paria sex) exiles, molles, curtuli (90 μ . long.). Carina cephalithoracis nulla. Organa pseudostigm. brevissime claviformia, vix conspicua, apice truncato-rotundata. Derma nitidissimum; majoris amplificat. ope aequae et densius punctulatum (ut in caeteris omnibus speciebus *nitidis*).

Habitat in Etruria et in « Florida ».

564. **Phthiracarus pudicus** Berl. n. sp. — Testaceo-badius, sat elongatus, nitidissimus; pilis dorsualibus (paria sunt sex numero) exilibus, mollibus, tertiam vix abdominis altitudinem aequantibus. Organa pseudostigm. sat elongate fusiformia, arcuatim leniter incurva, apice attenuata. Derma densius punctulatum. Exempl. majus abdomine 450 μ . long.; 310 μ . alto gaudet.

Habitat ad Caput Bonae Spei.

SUBGEN. **HOPLOPHORELLA** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Phthiracarus* Perty (= *Hoplophora* C. L. Koch.).

Typus: *Hoploderma cucullatum* Ewing.

565. **Phthiracarus (Hoploph.) cucullatus** (Ew.), var. **obsoletior** Berl. n. var. — Differt a typico praecipue abdomine elongatiori (e. g. 380 μ . long., 280 μ . lat.); margine antico abdominis obsoletius vel vix incrassato; sculptura abdominis minus conspicua.

Habitat in « Somalia italiana ».

566. **Tritia aequipunctata** Berl. n. sp. — Colore et corporis fabrica omnino *T. lentulae* Kochii similis, sed sculptura dermatis totius bene diversa et mox distinguenda. Pili corporis vix tenuiores et curtiores quam in *T. lentula*, organaque pseudostigm. pariter configurata, apice tamen sensim incrassata. Derma nitidissimum, sed punctulis parvis, optime conspicuis, pseudoforaminiformibus, aequedissitis (circiter 8–10 μ . diam.), sat intersese discretis, totum impressum. Ad 550 μ . long.; 350 μ . alt.

Habitat Florentiae.

567. **Tritia berlesei** (Mich.), var. **breviset**a Berl. n. var. — Omnino typico similis eademque statura, sed corporis pilis brevissimis, dimidio curtioribus quam in typico.

Habitat in Africa orientali.

568. **Lohmannia regalis** Berl. n. sp. — Terreo-badia, elongate ovalis, lateribus parallelis, postice rotundata. Organa pseudostigm. longa, exilia, leniter incurva; anterieus ramulis aliquot, aeque dissitis, antrorsus erectis ornata. Setulae corporis magnae, (in medio dorso abdominis exiliores), longae et robustae, subrectae, dimidia parte basali fusi modo bene incrassata et barbulis altis, erectis, aristae modo ornata; dimidia parte apicali attenuata, piliformi, nuda. Setulae majores sunt circiter 160 μ . longae. Verticales sunt setae duae curtiores, sed densius barbulatae. Setae supradictae fabricae sunt (praeter verticales) utrinque duae in margine capitisthoracis, duaeque prope foramen pseudostigm. Huiusmodi setae sunt sex numero in margine abdominis; tres in dimidii postici abdominis margine ventrali, nec non 14 numero in dorso abdominis, cuius derma nitidissimum est (capitisthoracis tenuissime punctulatum). Quaque valva genitalis scutis binis est protecta, intersees linea transversa sejunctis. Ad 865 μ . long.; 320 μ . lat.

Habitat prope « Spalato », in Dalmatia.

CRYPTOSTIGMATA I.

569. **Tyroglyphus spelaeus** Berl. n. sp. — Inter majores. Duplo longior quam latior; pilis corporis posticis trunci latitudinem subaequantibus (in mare); tarso apice pilis tantum simplicibus aucto.

Nostrati *T. mycophagus* (sec. Berl. = *T. berlesei* Mich.) peraffinis. Mas ad 680 μ . long.; 350 μ . lat.; foem. ad 750 μ . long.; 400 μ . lat.; *Hypopus* ad 315 μ . long.; 215 μ . lat.

Habitat, « Calcutta », in cavernis.

GEN. **STEREOGLYPHUS** BERL. N. GEN.

(Ex fam. *Tyroglyphidae*). Foem. subhaemisphaerica, dermate sat duro, scuta dorsualia duo sistenti. Rostrum (partibus suis iisdem

Tyroglyphi conformibus) subinferum. Pedes brevissimi, conici; 1.ⁱ et 2.ⁱ paris caeteris crassiores, omnes tarsis (curtissimis) ungue singulo spinisque brevissimis et robustioribus, unguiformibus, aliquot terminatis, ambulacris nulla membranula auctis. Glabra, laevis, minima. Mas ignotus. Nympa foeminea adulto similis. Typus: *S. haemisphaericus* Berl.

570. **Stereoglyphus haemisphaericus** Berl. n. sp. — Foem. perconvexa, subhaemisphaerica, nitida, subglabra, pallide terrea; sulco cephalothoracem ab abdomine separanti subrecto, fere in medio decurrenti. Pili bini curtiores sunt in summo antico, quatuorque aequedissiti in margine postico abdominis. Venter concavus vel subplanus. Pedes tertii et quarti paris vix praecedentibus debiliores tarsisque attenuatioribus. Vulva labiis interne striis aequedissitis, transversis impressa. Epimera pedum anticorum in ventre interse se colligata et cum sterno lineari. Ad 280 μ . long.; 180 μ . lat. Mas ignotus.

Habitat, « Calcutta », in cavernis.

SUBGEN. **CALOGLYPHUS** BERL. N. SUBGEN.

(Ex gen. *Tyroglyphus* Latr.). Typus: *Tyrogl. mycophagus* Mégn. (Adde: *T. berlesii* Mich.; *T. spelaeus* Berl.; *T. robustipes* Berl.).

SUBGEN. **PACHYGLYPHUS** BERL. N. SUBGEN.

(Ex gen. *Tyroglyphus* Latr.). Typus: *Tyrogl. pergrandis* Berl.

SUBGEN. **LAGENOGLYPHUS** BERL. N. SUBGEN.

(Ex gen. *Tyroglyphus* Latr.). Typus: *Tyrogl. lamermanni* Berl.

Subgeneris *Tyroglyphus* (sensu stricto) typus sit *Acarus siro* L. (addendus *Tyroglyphus longior* Gerv.).